*currimos á Vos!* Es auxilio de los cristianos y vendrá en vuestra ayuda para santificar vuestros dolores y días postreros.

Llevadla almas consagradas á Dios, repetid incesantemente: *¡Oh María sin pecado concebida, rogad por nos que recurrimos á Vos!* Es reina de las Vírgenes y hará germinar en el jardín de vuestro corazón, las flores y frutos que son las delicias del Esposo divino y que han de formar la corona que ceñirá vuestras sienes el día de las bodas del Cordero.

En medio de las penas y tribulaciones de la vida invoquemos á María concebida sin pecado y ella enjugará nuestras lágrimas, aliviará nuestros trabajos y endulzará nuestras amarguras porque el Señor ha puesto en sus manos los tesoros de la gracia. En la lucha que hemos de sostener con el demonio, el mundo y la carne, llamemos en nuestro auxilio á María concebida sin pecado, y ella que es el esfuerzo de los que pelean y la corona de los que vencen nos librará de los ataques más violentos de nuestros enemigos y nos obtendrá la victoria.

Cuando estemos próximos á comparecer ante el tribunal del Supremo Juez, es cuando, sobre todo, debemos invocar con más confianza que nunca á nuestra tierna Madre concebida sin pecado, ella que es, como canta la Iglesia, puerta del cielo, recogerá nuestro postrer suspiro é introducirá nuestra alma en la mansión de la gloria.

*(Continuará)*

## Ejercicios Espirituales

Los del Clero, en el próximo año, empezarán el martes 12 de Enero, á las seis y media p. m.

República de Colombia (Bogotá)

# LA IGLESIA

ORGANO OFICIAL DE LA ARQUIDIOCESIS DE BOGOTA

Año III—Vol. III { Diciembre 1.° de 1903 } Núm. 24

## CONSTITUCIÓN APOSTÓLICA

Sobre la publicación y promulgación de los actos de la Santa Sede.

PÍO, OBISPO

SIERVO DE LOS SIERVOS DE DIOS

*Para perpetua memoria.*

No siempre ha sido uno mismo el modo de promulgar en la Iglesia católica las Constituciones y leyes pontificias. Durante muchos siglos privó la costumbre de fijar en lugares públicos algunos ejemplares de dichas Constituciones y leyes, de modo que era muy frecuente hallar tales documentos sobre las puertas de las Basílicas Vaticana y Lateranense. Las disposiciones así promulgadas en Roma, centro de la república cristiana y patria común de los fieles, se reputaban como promulgadas en todas partes y adquirían plenísima fuerza de ley. Mas, como el valor y el modo de la promulgación de las leyes dependen de la voluntad del legislador, á quien incumbe mudar las ya establecidas, darles nueva forma ó disponer lo que juzgue suficiente á este respecto, según las necesidades de los tiempos y lugares; de aquí que en lo pasado, no todas las leyes y Constituciones apostólicas hubieran sido promulgadas fijándolas en los sitios principales de la ciudad. Posteriormente los Romanos Pontífices hicieron uso de

las resoluciones de las Sagradas Congregaciones, ora para explicar las leyes ya expedidas, ora para dictar otras nuevas, de donde resultó la práctica de estimar como promulgados los actos y decretos de la Santa Sede, una vez que fueran publicados y autorizados por la Congregación de donde legítimamente procedían. Y no eran para revocar á duda ni los efectos jurídicos á que daban ocasión aquellos actos, ni la validez y firmeza de éstos; ya porque tales actos y decretos contenían no raras veces cláusulas que derogaban las disposiciones contrarias á ellos, ya porque estaba expresa ó tácitamente aprobado por el Sumo Pontífice semejante género de promulgación, el cual, aunque válido, carecía de la solemnidad que deben tener los actos de la más alta autoridad. Por esta razón muchos Obispos acudieron repetidas veces á Nos, y antes á nuestros Predecesores, para suplicar, como han suplicado ahora cuando se trata de la Codificación del derecho canónico, que se dé á la estampa, bajo la dirección de la Suprema autoridad en la Iglesia un Periódico oficial en donde se promulguen las nuevas leyes de la Iglesia, y se publiquen los actos de la Sede Apostólica.

Después de reflexionar maduramente sobre el asunto, habiéndolo consultado también con los Cardenales de la S. I. R. y con algunos Obispos; y habiendo obtenido el dictamen favorable de ellos; por virtud de Nuestra Autoridad Apostólica y de las presentes Letras, hemos venido en disponer que al comenzar el próximo año de 1909 se dé á luz pública en la tipografía Vaticana, un Periódico oficial, en donde se publiquen las Constituciones pontificias, las leyes, los decretos y demás actos así del Romano Pontífice como de las Congregaciones y Tribunales sagrados, documentos que llevarán la firma del Secretario, ó del Oficial mayor de los respectivos Tribunales ó Congregaciones de donde emanaren. Por el solo hecho de haber sido publicados dichos documentos en el Periódico oficial, deberán ser tenidos cómo promulgados, si necesitaren la promulgación, á menos que la Santa Sede haya dispuesto de otra suerte. Queremos además, que en el Periódico oficial se dé cuenta de todos aquellos actos cuyo conocimiento es útil á la cristiandad y que procedan de la Silla Apostólica, á menos que la naturaleza de ellos no permitiera la publicación. Para este fin nos consultarán oportunamente los Jefes de las Sagradas Congregaciones de los Tribunales y demás Oficinas.



Así lo ordenamos, declaramos y sancionamos. Disponemos, por último, que estas nuestras Letras sean siempre firmes, válidas y eficaces y que produzcan y surtan íntegra y completamente sus efectos, sin que obste lo que pueda haber en contrario.

Dada en Roma, en San Pedro, el 29 de Septiembre del año de la Encarnación del Señor 1908, año sexto de nuestro Pontificado.

A. *Card.* Di Pietro, *Datario.*

R. *Card.* Merry del Val, *Secretario de Estado.*

## PIUS PP. X

### AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quæ ad divinum cultum augendum ac provehendam fidelium pietatem opportuniora videntur, de more institutoque Romanorum Pontificum libenti quidem animo largimur. Cum vero Venerabilis Frater Bernardus, Archiepiscopus Bogotensis, supplices ad Nos moverit preces, ut Canonicos Primatialis ipsius Ecclesiæ alicujus insignis accesione augustiores facere velimus: Nos perpensis tum privilegiis a Decessoribus Nostris illi Capitulo concessis, tum eadem Primatiali Ecclesia in Basilicam Minorem evecta, luculentis hujusmodi votis obsecundandum

censuimus. Quare universos ac singulos quibus hæc Nostræ Litteræ favent, a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et pœnis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutos facere censentes, præsentium tenore, Apostolica Auctoritate Nostra potestatem perpetuo valituram facimus, cujus vi Canonici Primatialis prædictæ Ecclesiæ Bogotensis toto anni tempore cappa violacei coloris tum ipsa in æde, tum extra si conlegialiter procedant, uti libere liciteque possint ac valeant. Decernentes has Litteras firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et spectare poterit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos judicari et definiri debere, atque irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter et ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XXIII Octobris MCMVIII. Pontificatus Nostri anno sexto.

R. *Card.* MERRY DEL VAL, *a Secretis Status.*

## CÆREMONIALE PAROCHORUM

Juxta novissimas Apostolicæ Sedis sanctiones concinnatum

*(Continuatio)*

### De organo

43—1 Animadvertendum in primis est, organi, quod vocant, liturgici, fundamentum illam partem esse, quæ vulgo *ripieno* appellatur. Hoc igitur necesse est quam optime extructum sit, vocis suavitate excellat, sitque Ædis amplitudini accommodatum.



2. Si vero minimus statui velit instrumentorum (vulgo *registri*) numerus, hæc satis esse videntur: Principale 8 pedum longitudine, Octav. 4, Decimaquinta, ac quatuor deinde instrumentorum series, quibus *ripieno* constare solet; quæ quidem accommodata templo non magnæ amplitudinis esse videntur: addi tamen solent tanquam symphonica instrumenta Dulciana quod vocant 8 pedum longitudine; Lyra (*viola gamba*), 8 item, una cum lyrarum (*viole*) concentu; Tibia (*Flauto Bordone*) 8; atque Unda maris.

3. Si vero amplioris magnitudinis templum sit, addi etiam possunt Tubæ (*registro Tromba*), 8 item pedum longitudine.

4. Quæ omnia instrumenta toti regularum seriei (*trastiera*) extendi debent, exceptis Unda Maris ac Lyra (*viola*) flebili, quæ initium a 13ª regula (*tasto*) sumere possunt.

5. Si vero permagne amplitudinis templum duplex organum expostulet, tum in 1.° organo ceteris instumentis, de quibus supra dictum est, addi potest Principale 16 pedum longitudine; 2.um vero organum ex Principali 8, Octava, tribusque subinde instrumentis quibus *ripieno* componitur, constare potest; quibus addi possent, e 1.° tamen organo ablata, Lyra cum Lyrarum concentu, atque etiam si placet, instrumentum *Oboe*, quod tamen cum haud facile, eo quod linguis instructum sit cum ceteris concors, variante calore, maneat, optime in ejus locum Tibia (*Flauto Bordone*) sufficitur 4 pedum longitudine, quæ cum Viola conjunctum *Oboe* vocem referre videtur. Secundi hujus organi vocem peculiaris machina pro pulsantis voluntate auget vel minuit.

6. Id tamen imprimis animadvertendum est, organi liturgici pretium ex perfecta instrumentorum opera æstimandum esse; quæque instrumenta cantum gregorianum comitantur minime linguis instructa esse debere.

7. Sive organum minus sit sive majus, hodie fas est ut duplici instruatur regularum serie (*due tastiere*).

8. Postremo instrumento pedibus pulsando (*pedaliera*) instructum organum esse debet, quod 27 regulis (*pedali*) saltem constet, duplicique graviorum vocum serie (*registri*), scilicet *Subbasso* 16, et *Basso* 8 pedum longitudine, debita proportione servata.

9. Antiquitus organi locus, prout illius finis exigebat, erat prope chorum; hinc quandoque proxime ad clathros inferioris chori, alias super tribuna, quæ e superiori chori parte prominebat eamque circumibat, et locus iste *Odeion* (Orchestra) dicebatur. In minoribus ecclesiis super tribuna, e parte occidentali, collocari solebat: quod et pro grandioribus organis fiebat in majoribus templis: ac nisi ab occidente locum haberet, inter columnas, in media sacræ ædis ala, collocabatur.

10. Quædam ecclesiæ duo habebant organa; ad lævam alterum, alterum ad dexteram, vel alterum in choro, minus, pro cantu liturgico, alterum majus in ædis ala pro cantu populi.

11. Quod in novis construendis organis animadvertendum est, locum magnitudinem formamque spectat. Si organum desideratur uti instrumentum a se, vel etiam pro consociando populari cantu, acusticis legibus aptius respondebit, si ad lateralem ecclesiæ partem collocetur, id est inter alæ mediæ columnas.

12. Si vero optatur ut organum suum primævum consequantur finem præcipuum, cantum solummodo consociandi, præsertim liturgicum, a multitudine tot instrumentorum illud expediendo, quæ veluti absorbent, hac in hypothesi consilium prudens erit, proxime, quantum fieri possit, illud collocari ad sanctuarium.

13. Hodierna organorum compendiaria constructio ejusmodi collocationem facile permittit, quamvis de organo agatur magna vi pollente.

14. Quod nos attinet, nullo pacto propendimus in organum collocandum super principali ecclesiæ janua, idque



pluribus de causis: 1. Quia nonnisi difficile consociari potest cantum in choro exequendum, maxime si agatur de musico concentu. 2. Quia sæpe accedit, ut populus, haud obstantibus clathris, pro cantoribus suspiciendis terga ad altare vertat, quando cantores in orchestra officii partem aliquam exequuntur. 3. Rhedis et curribus percurrentibus viam, ecclesiæ valvis respondentem, sensim organi instrumentis detrimentum affertur. 4. Cum S. S. Dominus noster Pius PP. X exoptet, ut cleri populique cantui jungatur organum nonnisi difficulter id fieri posset, si idem organum super valvas ecclesiæ collocatus fuerit.

15. Hinc, aptiorem seligendum in ecclesia pro organo locum, ac proinde suggerendum prope chorum, in laterali parte, esse credimus.

### ARTICULUS XI

### *De Sacristia, de Archivio, de inventario et de libris parochialibus.*

#### De Sacristia

1. Prope presbyterium pateat accessus ad sacristiam, in qua loco magis conspicuo adsit effigies crucifixi. Statuantur quoque armaria, quæ sufficiant ad sacram supellectilem asservandam. Loco autem opportuno decens vas aquarium extruatur, proximeque apponantur lintea numero sufficienti, quæ hebdomatim vel quintodecimo quoque die; juxta numerum sacerdotum celebrantium sunt commutanda; ac, nisi habeatur aquarium distinctum pro laicis, statuatur ibi et linteum pro ipsis. Habeatur præterea, si fieri potest, oratorium, vel locus seclusus, instar parvi cubiculi, cum genuflexorio ac tabella orationum in quo sacerdos ante et post missam tranquille orare possit.

2. In sacristia expositæ sint bullæ, pastorales, circulares, monitiones ad cultum pertinentes, ab auctoritatibus

superioribus editæ, prætereaque tabella legatorum piorum vel obligationum perpetuarum, quæ in ecclesia adimplenda sunt (1); necnon adsit liber in quo parochus omnes obligationes, cum eleemosynis, quæ pro missis dietim afferuntur, earumque adimplementum per singulos dies describet. Circa modum descriptionis tam legatorum quam missarum manualium, stare debent parochi instructionibus Ordinariorum.

3. In sacristia adsit mensa, 1 metri circiter altitudine, et latitudine non minus quam 70 cm; longitudo ejus sit saltem 1 metr. et 50 cm., pro ecclesiis ubi copia sacrorum ministrorum deficit; pro ecclesiis autem in quibus sacra officia conficiuntur cum majoris cleri assistentia longitudo sit saltem 2 metr. et 50 cm., ob numerum paramentorum quæ sunt extendenda, et personarum quæ agere debent. Ad pedes hujus mensæ solidum ac decens suppedaneum ligneum ponatur longitudini ejus conveniens; quod extet e solo circiter 13 cm., et 70 cm. latum sit.

4. Quotiescumque sacra paramenta sunt extendenda, mensa cooperiatur panno laneo viridi vel violaceo, vel saltem tobalea ex tela alba confecta; hoc enim valde prodest ut paramenta et lintea munda asservetur.

5. Armaria, quæ in Sacristia ad sacra paramenta, ad vasa, quæ post usum in sacristia reponenda sunt, ad lintea ecclesiæ et similia asservanda haberi necesse est, præstat ut sint magna et nobilia, vel in pariete extructa, vel mobilia.

6. Armaria pro sacris paramentis ita construenda sunt, ut commode in eis collocare possint ipsa paramenta ac præsertim planetæ sine ulla plicatura. Videntur commo-

(1) Tabella legatorum piorum exponenda est prout Ordinarius decreverit; quia haberi possunt legata secreta, quorum descriptio custodiri debet cum omni diligentia, in archivio parochiali, vel ubi auctoritas mandaverit.



diora quæ constant capsulis ductilibus parum profundis, quarum videlicet tabulæ simul cum paramentis in eis depositis facile extrahi et introduci possint.

7. Præter hæc armaria collocandæ sunt parvæ aliæ capsulæ numero convenienti, vel seorsim vel, nisi secus fieri possit, sub præcedentibus, ut in eis asserventur vestes ministrorum, lintea adhibita aliaque, uti candelæ, mantilia et similia. Item seorsim, vel super prædicta, armaria ad servanda candelabra, flores, laternas, campanulas, etc. Ex his enim rebus bene dispositis quammaxime dependet ordo et munditia sacristiarum.

8. Inter ea quæ constituunt parvam supellectilem, quæ necessaria est in sacristia, innuimus præsertim thecas pro hostiis, quarum una pro particulis ad communionem fidelium destinatis, altera pro hostiis sacrificii missæ. Prior sit aliquanto major, rotunda et altior; posterior sit alta quatuor vel quinque cm., et aliquatenus largior magna hostia; in hac collocari præstat laminam ex plumbo confectam, rotundam, et linteo coopertam, ut hostiæ compressæ remaneant. Utraque confici potest vel ex metallo, vel ex ligno tornatili.

9. Denique solicitudo habeatur ut sacristia nullo vitio laboret, quoad ordinem, munditiam, lucem et aërem, hoc præ oculis habendum est, cum ratio constructionis efformatur. Quapropter sacristia sit satis ampla, et si opus sit, in duas partes distributa, inferiorem et superiorem; vel alia qua melius fieri possit ratione, ut in una nobilior supellex et minus occupans custodiatur, in altera vulgarior et magis occupans. Locum occupet siccum et parietes habeat convenientes, ut armaria necessaria in eis distribuantur, et saltem duas fenestras convenientis magnitudinis, quæ ad aërem renovandum faciliter aperiantur, præsertim cum est siccus.

10. Providendum etiam est, ut capsæ et armaria sic distribuantur, ut res quæ raro adhibentur ab iis quæ quo-

tidie usurpantur sint sejunctæ; atque eodem semper loco remaneant. Præterea pavimentum, parietes, supellex ipsa sint munda.

De archivio

45.—1. Quo facilius impediantur, quantum fieri potest, amissiones, quæ cum ecclesiæ detrimento acciderent; ut bona omnesque sacræ possesiones securiores transeant e manibus possesoris ad alterum canonice constitutum; quinimo, ut libri ipsi parochiales pro posterorum utilitate integri asserventur, omniaque scripta et memoriæ necessariæ ad futuras generationes perveniant, sine ullo periculo, S. Ecclesia optima disciplinæ magistra, jussit archivium extrui, inventariumque præscripsit. «Ad ecclesiarum monumenta tuta servanda in unaquaque ecclesia cathedrali, præsertim, collegiata et parochiali, ubi tamen instituta non sint archivia, quamprimum instituenda præcipimus, scripturis omnibus ad eas pertinentibus compulsatis, recensitis et summatis cum suo indice et catalogo...., ne scripturæ per manus aberrantes deperdantur vel iniqua usurpantium cupidine rapiantur et occultentur (*Concil. Rom.*, tit. 12, cap. 6.)» Quapropter archivium et inventarium omni diligentia curanda sunt a quolibet ecclesiastico, ubi parochia aliqua ei comissa est: animadvertendum est ut inventarium die præstituta fiat, atque perficiatur juxta formulas faciliores et utiliores, quas mox exponemus.

2. Ante omnia archivium loco salubri, tuto, convenienti et ab intemperiis protecto constituendum est, quo melius provideatur, ne chartæ intus repositæ corrodi, mutilari, consumi ac deperdi possint. Clavis archivii quæ a parocho omni diligentia custodienda est, nunquam relinquatur cuiquam, qui curiositatis satisfaciendæ causa archivio utatur; porro nunquam permittendum est ut libri et documenta in archivio reposita, ab omnibus versentur, inspiciantur, huc illuc afferantur, nisi bonum ecclesiæ id postulet, vel aliqua Episcopi permissio præhabita sit; neque parochus sine causa documenta extrahere poterit, ne postea de eis obliviscatur in domo, negligentiæ damnis et malitiæ objectis.



De inventario

46.—1. In archivio, præter libros parochiales, ordine dispositos atque a tergo enumeratos, asservetur inventarium omnium bonorum mobilium et immobilium, supellectilis, censuum, emphyteusum, legatorum activorum et passivorum, actionum et rationum. Omnia id genus instrumenta in eo colligantur, et memoriæ, testamenta ceteraque scripta authentica transationum, compositionum, usuum, incertorum. In eo asservanda sunt etiam: omnes epistolæ patentes, cum catalogo reliquiarum et indulgentiarum quæ parochiæ concessæ sunt; necnon decreta superiorum et sacræ visitationis, jussa, præcepta ex delegatione episcopi facta, statuta synodalia, itemque bullæ emanatæ vel transmissæ a cancelleria ecclesiastica.

2. Breviter, in archivio asservanda sunt omnia documenta, quæ ad administrationem spiritualem et temporalem parochiæ pertinent. Eodemque loco custodiendum est denique sigillum parochiale, in quo nihil aliud inseri potest nisi effigies sancti, cui dicata est ecclesia vel emblema ab episcopo probatum. Expedit omnino, immo æquum est identidem edocere omnes familiares, propinquos, hæredes aliosque, quod qui auferat, detineat, recondat vel laceret vel corrumpat libros et scripturas ad jura rationesque ecclesiasticas pertinentia, in verum reatum incurrit, et quod ad damna reficiénda stricte tenetur.

3. Quapropter opus est, ut quamprimum parochus omnes hujusmodi libros, chartas memoriasque inquirat, atque attente diligenterque inspiciat, ut, pro rerum adjunctis, eis utatur. Quod si aliquod documentum reperiat quod refici necesse sit, sollicitis, debitis cautelis illud restauran-

dum curet, ne ob suam negligentiam etiam atque etiam consummetur. Sed eo magis parochus archivium percallere debet, quo citius officium conficiendi inventarium exequi valeat.

4. Benedictus XIII, in synodo romana methodum facillimam describit, juxta quam parochus inventarium conficiat. Quapropter, sicut in ea præscribitur, die præstituta, duo testes idonei advocentur, ex iis delecti cui majori æstimatione gaudent ecclesiæque bonum curent. Si spectatæ illæ personæ singillatim non sint ab episcopo designatæ vel ex laudabili diœcesis consuetudine, advocari possunt vicarius foraneus vel decanus sacerdotum viciniorum, vel etiam vir laicus, qui ad parœciam pertineat. Id tamen animadvertatur, testes illos oportere ut integræ recensioni intersint atque rei veritatem perspiciant; sic enim poterunt tuta conscientia et sub vinculo juramenti subscriptione propria confirmare veritatem omnium, quæ in inventario enumerantur.

5. Peracto inventario omniun debitorum et creditorum ecclesiæ ac beneficii parochialis, parochus sua ipsius manu subscriptionem illi apponet cum explicito juramento (*Conc. Rom.*, in appendice, n. 10, § 16); simul etiam duo testes delecti, qui personaliter omnium et singularum rerum, quas supra memoravimus, recensioni interfuerunt, juramentum et suscriptionem manu propria præstare debent; denique etiam notarius; vel qui redactioni instrumenti operam dedit.

6. Inventarium duplici exemplari conformi et authentico exscribendum est, idque absque lituris vel transpositionibus vel interruptionibus vel adnotationibus. Ex illis alterum asservandum est in archivio parochiali, alterum ad episcopum mittendum, qui examine instituto atque necesariis et opportunis animadversionibus adjectis, quæ et in exemplari parochiali transcribi authentice debent, in archivio cancellariæ ad futuram memoriam illud deponet (*Conc. Rom.*, tit. 12, c. 2).



7. Inventarium renovandum est quoties mutationes notabiles in titulis et rebus mobilibus ecclesiasticis contingunt; quinimmo laudabile est ut decimo quoque anno conficiatur, quia spatium decem annorum existimatur tempus diuturnum, quo plures mutationes ac vicissitudines eveniant; atque ita in multis diœcesibus decretum est. Attamen caveat, ne perturbet veterem scripturam sed additiones et mutationes seorsim describat.

8. Ne tamen parochus erret, necesse est, ut episcopi sui consiliis docilem se præbeat, qui tum occasione sacræ visitationis, tum etiam in aliis adjunctis, prout opportunum ei videtur, potest inventarium exigere, atque parochum ad obediendum cogere, pœnis canonicis sub arbitrio comminatis vel etiam pecuniariis, juxta decretum Syxti V, quod sic se habet: "Parochos ad id per censuras et pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris et facti remedia sibi bene visa cogant et compellant (*Motu proprio* dat. tertio Kal. maji 1557: fr. s. Congreg. Concilii, 14 aprilis 1821)."

## De Libris Parochialibus

1. Liber ab auctoritate ecclesiastica maxime commendatus, et sub omni respectu servandus, est ille qui dicitur: *De statu animarum*. In eo alphabetico ordine notandus numerus familiarum, ab agnomine incipiens, cum singulis personis ad eas pertinentibus. Notandum: qui ex exteris in parochia domicilium constituerint, qui ex parochianis alio morandi causa se contulerint: maxime, si confirmationem, aut primam communionem receperint, si nupti, si liberi, si clerici aut sacerdotes. Brevi, omnia rerum locorumque adjuncta notari fas est, quæ ad singulas gregis oves dignoscendas juvant.

2. Verum, cum in singulis fere annis variationes accidant, ita sollicite in unoquoque anno parochus curabit, puta in Paschate vel alio tempore, præfatas quæ occu-

rrerint variationes notare. Opere semel accurate incepto, nullius erit laboris illud prosequi. Occasio imo se illi exhibebit invisendi familias parochianorum suorum, eosque recreandi presentia sua, verbis exemplisque ædificandi, ac, quæ necessarias sibi judicaverit, notitias accipiendi.

3. Alii, præter dictum quatuor sunt libri, multæ gravitatis pro societate, quorum cura et custodia parochi solertiæ committuntur. Sunt libri: baptismi, confirmationis, matrimoniorum, defunctorum. Eorum formam et methodum docet Rituale Romanum, nec aliquid immutare debet sine episcopi facultate, etsi ex provinciarum vel nationum diversitate convenientior forma aut methodus adoptanda occurreret.

4. In horum primo describet parochus baptizandorum nomina, una cum nomine et agnomine patris et matris, indicans si ex legitimo infans natus sit matrimonio. In hypotesi partus illegitimi (nisi contrarium jam consuetudo invexerit), scribat tantum: *ex incertis parentibus*, quamvis vox populi, aut ipsa mater, parentum nomen revelent. Quævis enim vox, nisi juridice comprobata, sufficiens non est ad veritatem cognoscendam: et parocho non licet infamiæ notam in libro parochiali scribere in notatæ personæ detrimentum.

5. Si de infantulis agatur expositis aliquod gestantibus indicium vel appensam schedulam, omnia adamussim, quæ invenerit, data describat, ut quodvis subsidium præsto sit, si aliquando divinæ placeat providentiæ illos adjuvare.

6. Si, ob instans periculum, infans baptizetur domi, vel, permittente episcopo, extra parœciam, curet parochus ut de cunctis locorum, temporum, personarumque adjunctis edoceatur, et omnia ac singula notet: uti si neophitus in ecclesiam conferatur ad cæremonias supplendas, vel ut sub conditione iterum baptizetur, prout casuum fert necessitas. Patrinorum nomen et agnomen semper inscribatur, uti et dies natalis infantis si agnoscatur, nec non, dies collatis baptismatis, ac tandem nomen et agnomen ministri, qui sacramentum administravit.



7. Varias silemus formulas, in diversis occasionibus adhibendas, ut præfati actus baptismales juxta regulam fiant. Rituale Romanum parochum satis edocet. Hoc tantum fas sit animadvertere, parochialem librum maxima esse solertia ac diligentia custodiendum. Siquidem natus est manifestare mundo vocatum ad sublimem cristianæ professionis gradum, cælestium charismatum largitionis testimonium reddere, temporalem spiritualemque filiorum cognationum indicare, cujusvis christiani ætatem probare, legalem progeniem, ac prolis legitimæ juridicam succesionem.

8. Alter ex libris pro iis destinatur, qui Confirmationem recipiunt, Christique aggregantur militiæ. In eo describitur nomen et qualitates episcopi confirmantis, nomen et agnomen confirmati, eorumque qui uti patrinus vel matrina sacræ functioni assistunt. Notanda sunt patria, parœcia confirmatorum, dies, mensis, annus, locus et titulus ecclesiæ, in qua confirmatio administrata est. Si ingens fuerit concursus, ordinatim describi possunt ex altera libri pagina mares, ex altera feminæ: actus descriptionis cum suprascriptis circumstantiis completur, et cum episcopi subscriptione, qui sacramentum contulit.

9. Si autem aliqui ex confirmatis exteri essent, quæ ipsos spectant a præfato actu excerpenda sunt, et statim ad eum parochum remittenda, sub cujus jurisdictione illi degunt; idque, ut relativas notitias in parochiali suo libro, ut par est, referat.

10. Tertius liber matrimoniorum dicitur, in eoque notantur qui in facie ecclesiæ nubunt. In eo itaque describuntur nomen et agnomen sponsi et sponsæ, patris et matris contrahentium, nec non testium, qui præsentes requiruntur ad validitatem sacramenti (Trid. sess. 24, *de reform.*

*matrim.*, cap. 1). Notandum pariter hoc in libro, num requisitæ publicationes præcesserint, et num dominica vel alia die. Si dispensatum ab iis fuerit, hoc notandum est, simulque is qui dispensavit, ac numerus det nunciationum, quæ tantum factæ sunt, et quando adimpletæ. Numquam omitantur: dies, mensis, annus, locus et ecclesia, in qua nuptiæ benedictæ fuerunt, uti et nomen ac qualitas ministri sacri, quo coram matrimonium celebratum est, si delegatio pro eo administrando ab habente auctoritatem alteri tributa sit. Omnia juxta modum in libris ritualibus, vel a proprio Ordinario præscriptum.

11. Præterea Parochus in libro quoque baptizatorum adnotet conjugem tali die in sua parochia matrimonium contraxisse. Quod si conjux alibi baptizatus fuerit, matrimonii parochus notitiam initi contractus ad parochum baptismi sive per se, sive per curiam episcopalem transmittat, ut matrimonium in baptismi librum conferatur (Decr. *Ne temere* S. Congr. Conc. diei 2 aug. 1907).

